

in oibus reb' dicat esse p' sentia' potentia' et essentia': nō  
tū d' in eis inhabitare: sed in solis sanctis p' gratia'. Qui  
rō ē: qz deus est in oibus rebus p' suā actionē inq̄tū cō  
iungit se eis vt dās eē: et p'seruans in esse. In sanctis autē  
ē p' ipsoꝝ sanctorū operationē qua attingūt ad deū: et q̄  
dāmodo cōprehēdunt ipm: q̄ est diligere et cognoscere.  
Nam diligens et cognoscēs d' i se h're cognita et dilecta.  
Scdm ptinet ad grām cooperantē: q̄. s. p'ficiūt sancti au  
filio dei: et q̄tū ad hoc dicit. (Inambulabo in eis). i. p'  
monebo eos de virtute in virtute. Nā hic p'fectus sine  
grā dei esse nō pōt. p'me cor. i. s. h'ra dei sum id qd' suz. Nā  
sicut grā operās facit nos esse aliqd' in esse iusticie: ita et  
gratia cooperās facit nos ipso eē p'ficere. Tertiu ptinet  
ad dei beneficiū: et hoc vel p'tectiois p' puidencia: et b'  
tangit dicens. Ego ero illoꝝ deus. i. puidencia mea pte  
gā eos. ps. Beat' ppls cui' dñs rē. Uel b'ficiū remunere  
ratiois: vt sic dicat. Ero illoꝝ deus. i. dabo eis meipsum  
i mercedē. hēn. i. s. Ego ero merces tua rē. Et heb. ii. Nō  
p'fundit deus eoz vocari deus. Quartū ptinet ad debi  
tū cultū et seruitiū sanctorū: et q̄tū ad b' dicit. Et ipi erūt  
mibi in pplūm. i. me colēt et mibi obedient vt mei: et nō  
alterius. ps. Nos autē ppls ei' et oues rē. Uel p'nt ad p'  
sentia' corporalē referri: et tūc exponit sic. Qm' inhabi  
tabo in illis p' carnis assumptionē. Jo. i. Verbū caro fa  
ctū est rē. Et ambulabo inter illos corporalr cū eis puer  
sando. Bar. 3. Post hec in terris visus est rē. Et ero illo  
rū deus p' gloria'. Deut. 4. Nō ē alia natio tā grandis rē.  
Et ipsi erunt mibi pplūs. i. per fidem me colent.

¶ Cōsequēter cū dicit. (Propter qd' exite rē.) Cōfirmat  
ipsam ammonitionē p' aliā auctoritates. Et circa b' duo  
facit. Primo p'firmat ipaz ammonitionē p' auctoritatē.  
Scdo ondit p'miū p'missum suantibus monitiones ibi.  
(Ego recipiā vos rē.) Dicit q̄ pp qd'. i. qz estis tēplūs dei  
exite de medio eoz. Et sumit de Esa. 52. Recedite rece  
dite inde et pollutū nolite tāgere. Ubi tria dicit. Exite.  
separamini: et imūdū nolite tāgere: qz tripliciter obem'  
nos h're ad infideles. Primo vt exeamus ab eis reliquē  
do peccata. Zach. 2. D. o. o. fugite de terra aglonis rē.  
S3 donatiste dicit q' debem' corporalr deserere malā  
societatē: qd' nō ē vep. Uñ qd' ap' dicit intelligendū ē  
de separatōe spūali. Et iō sic exponit. Exite spūalr nō se  
quēdo vitā eoz. Lan. 2. Sicut liliū iter spinas rē. Et hoc  
iō vt vitem' ipas peccatoꝝ occasiōes ab eis datas. Et iō  
dicit. Sepamini. i. lōge ab eoz p'sensu sitis. Mat. 10. Ue  
ni eni separare rē. Numeri. 16. Recedite a tabernaculis  
hoiūm ipioꝝ rē. Tertio vt arguamus eos cū male agūt.  
Et iō dicit imūdū ne tetigeritis. s. p'sentiētes eis i malis.  
Ro. 2. Nō solū q' faciūt ea: s3 et q' p'sentiūt rē. Eph. 5. No  
lite cōicare opib' infructuosis. Et hoc qz q' tāgit picē rē.  
Ecc. 13. P'miū autē repromissuz suantibus monitiones  
ē duplex. s. diuina familiaritas: et diuina adoptio. Diuina  
familiaritas: qz ego recipiā vos. Quasi. d. Secure exea  
tis: qz ego recipiā vos i meos. ps. Qm' p' meus et mater  
mea rē. ps. Beatus quē elegisti rē. Esa. 42. Ecce seruus  
meus rē. S3 diuina adoptio: qz adoptat nos in filios: qz  
dicit. Et ero vobis i p'rez: et vos eritis mibi i filios. Ro.  
8. Nō accepistis rē. Et dicit filios q̄tum ad perfectos: et  
filias q̄tum ad imperfectos: et hoc sumitur de. z. reg. 7.  
vbi dicitur de Salomone. Ego ero ei in patrem rē.

## CAP. VII.



As igitur habentes promissioes  
charissimū: mundemus nos ab oī  
inquinamento carnis et spūs: p'fi  
cientes sanctificationem in timo

re dei. Capite nos. Neminem lesimus: nemi  
nem corrupimus: neminem circunuenimus:  
Non ad condemnationē vestrā dico. Predi  
rimus enim q' in cordibus nostris estis ad cō  
morizandum et ad conuiuendum.

¶ Conuuit ap' dicitur qualiter se i futuro debeāt  
habere: hic commendat eos de bonis p'teritis. S3 vt fiat q'  
dā p'tinatio p'teritoꝝ ad futura: p'mo cludit ammoni  
tionē. Scdo vō commendat eos ibi. (Multa mibi fidu  
cia rē.) Circa primū tria facit. Primo ponit ammonitio  
nē. Scdo inducit exemplū suiip'ius ad ammonitiones  
seruandā ibi. (Capite nos rē.) Tertio ponit ammonit  
intentionē ibi. (Nō ad p'demnationē vestrā rē.) Circa  
primū tria facit. Primo ponit motiū ad obseruantiaz  
ammonitionis: et hoc est p'missio eis facta. Et iō dicit.  
Das igit' habentes p'missiones charissimū. s. q' deus ha  
bitet in nobis et recipiat nos. rē. Scdo pōit ammonitio  
nem cū dicit. (Mundem' rē.) Et hoc ideo qz p'missio  
nes iste non dan't. nisi mundis: et iō mundemus nos ab  
omni inquinamento carnis et spiritus. i. carnaliuz et spi  
ritualiuz vitioꝝ. Esa. 52. Mundamini qui fertis vasa  
dñi rē. Ubi sciēdū est q' oē peccatuz qd' consumat i dle  
ctatione carnis: est carnale: illud vō qd' p'sumat i dle  
ctatione spūs: est spūale. Et inde est q' peccata carnalia  
si p'siderent q̄tum ad sui p'sumationē sunt duo tñ. s. gu  
la et luxuria: cetera vero peccata sunt spūalia. Si vō cōsi  
derent q̄tum ad sui originē: sic omnia peccata possunt  
dici carnalia: qz oia ex conceptione carnis originem ha  
bent: et hoc modo loquit' ad Gal. 5. Manifesta sunt autē  
opa carnis rē. Tertio ponit modū implēdi ammonitio  
nē ibi. (P'ficientes rē.) p'osset. n. aliqs dicere. Nūqd'  
nō sumus mūdati in baptismo: Et iō addit p'ficiētes san  
ctificationē. i. p'ficiamus emundationes inchoatā in ba  
ptismo. Sāctus enim idē est qd' mundus. Leuit. 11. 2. 19.  
Sācti estote: qm' ego sanctus sum rē. P'ficiamus inq̄  
qz p'bi conati sunt p'ficere: et nō potuerūt: qz nō potuerūt  
oia peccata vitare: q̄tūcūq' enim aliq' peccata vitaret et  
pecceret act' virtuti: adhuc tñ remanebat i eis pecca  
tū infidelitatis. Et iō i vō cultu dei solū p'ficiē emūdatio:  
et hoc ē qd' dicit. In timore. i. i cultu dei. Ecc. 1. 25. Timor  
dñi rē. ¶ Sed 3. col. 3. Sup oia charitatē habētes: q' est  
vinculū p'fectionis. Nō igit' p'ficiē sanctificatio in timo  
re dei: sed i charitate dei. Rūdeo dicendū est q' hic loq  
tur de timore filiali: q' est charitatis effectus: et nō de sui  
li qui p'riatur charitati. Dicit autē in timore: vt doceat  
nos habere affectū ad deū cum quadā reuerentia et sol  
licitudine. Amoz enim causat securitatem que qñq' ne  
gligentiā parit: sed qui timet semper est sollicitus.

¶ Cōsequēter cū dicit. (Capite nos rē.) in exemplū se  
prebet. Quasi diceret. Accipite nos in exemplum. p'me  
cor. ii. Imitatores mei estote rē. Ego enim mibi caui ab  
imundicia p' sanctificationē: qz neminē lesi. Ubi notan  
duz q' triplr pōt aliqs ledere p'ximū: et nullo istoꝝ mo  
doꝝ lesit aliqū. Primo in p'sona: et q̄tū ad b' dicit. Ne  
minē lesim'. s. in p'sona sicut faciunt mali dñi. Mich. 3.  
Violenter tollitis pelles eoz rē. Scdo q̄tum ad famaz  
inducēdo eos vel exemplo vel p'suasionibus ad malū: et  
q̄tuz ad hoc dicit. Neminē corrupimus. p'me corint. 15.  
Corrupit bonos mores. Tertio q̄tuz ad subtractiones  
bonoꝝ: et q̄tuz ad b' dicit. Neminē circunuenim'. i. i bo  
nis fraudauim'. i. thes. 4. Ne qs circunueniat rē.

¶ Cōsequēter cū dicit. (Non ad condemnationem ve  
straz rē.) aperit suam intentionem. Quasi dicat: nō dico  
hoc condemnando vos: sed vt emendemini. Mala enim

## Ad corinthios II.

preterita pp duo p̄sueverunt memorari. Aliqñ ad cō-  
dēnationē: et hoc qñ nō est vltra spes correctionis. Aliqñ  
autē ad emendationē: vt. s. corrigat: et h̄ mō loq̄r h̄c. Nō  
ad dēnationē v̄ram et̄. p̄me cor. 4. Nec ad vtilitatē ve-  
strā dico et̄. Et rō huius ē: qz gaudeo d̄ bono vestro: p̄di-  
xi enī q̄ vos estis et̄. supra. 3. Ep̄la n̄ra vos estis scripta i  
cordibus nostris. phil. i. Eo q̄ habeat̄ vos et̄. Estis inq̄  
i cordib⁹ n̄ris. s. ad cōmōtiōdū et̄ ad iuuēdū. Qd̄ pōt in-  
telligi de morte culpe et̄ de morte n̄ali. De morte culpe:  
vt nō intelligat̄ q̄ nos s̄m̄ parati ad cōmōtiōdū vobiscuz  
.i. qñ vos peccatis nos volum⁹ peccare: s̄ q̄ mortēz cul-  
pe v̄ram eo dolore accipim⁹ quo n̄fam. z. cor. ii. Quis in-  
firmat̄ et̄ ego nō infirmor. p̄ cor. is. Quotidie morior et̄.  
Et ad iuuēdū: qz ita gaudeo de bona vita v̄ra in gra-  
tia: sicut et̄ de v̄stra. De morte vero naturali vt̄ intelliga-  
tur ad cōmōtiōdū. i. paratus sum mori p̄ vobis: infra. iz.  
Libentius impendar et̄ sup̄impēdar et̄. et̄ ad iuuēdū. i.  
vt̄ desiderem vos esse socios in vita eterna. z. Ti. z. Si  
cōmōrtui sumus et̄ iuuēmus. Lectio. II.



**M**ulta mihi fiducia ē apud vos: multa mihi gloriatio pro vobis. Repletus sum consolatione: superabundo gaudio i omni tribulatione nostra.

Nam et cum venissemus in macedonias: nullam requiem habuit caro nostra: sed omnem tribulationem passi sum⁹. Foris pugne: itus timores: sed qui consolatur homines consolatus est nos deus in aduentu tici. Non soluz autem in aduentu eius: sed etiam in consolatione in qua cōsolatus est in vobis referēs nobis vestrum desiderium: vestrum fletum: vestram emulatiōem pro me: ita vt̄ magis gauderem. Quoniam si cōtristauit vos i epistola nō me penitet. Et si peniteret vidēs q̄ epistola illa et̄ si ad horam vos cōtristauit: n̄c gaudeo: nō quia cōtristati estis: sed quia cōtristati estis ad penitentiam.

¶ Apostolus posuit supra ammonitiōnē ex p̄missis cōclu-  
sam: h̄c subdit suā cōmōtiōnē. Et circa hoc duo facit.  
¶ Primo ponit eoz cōmōtiōnē. Sc̄do ipsaz exponit ibi.  
(Nā et̄ cū venissem et̄.) Cōmōtiōnē autē istoz ponit  
oñdēdo affectū suū: q̄ surgit ex bonis opib⁹ q̄ corinthi  
faciebant. Cōsuevit. n. q̄druplex affectus i cordib⁹ dili-  
gentiū surgere ex bonis: q̄ dilecti operant̄: et̄ hos q̄tuor  
se apls̄ x̄cepisse d̄ eis oñdit. Et p̄mo affectū fiducie. Un̄  
dicit. Multa mihi fiducia ē apud vos. Inq̄tus. s. p̄fido  
q̄ q̄ bñ cepistis semp̄ pficietis i meli⁹. Un̄ ex bonis au-  
ditis de vobis spero maiora i futur. phil. i. Cōfido d̄ vo-  
bis q̄ q̄ cepit op⁹ bonū et̄. Deb. 6. Cōfidim⁹ de vob̄ cha-  
rissimi et̄. Et hec fiducia bona ē et̄ salubris. Deb. io. No-  
lite amittere fiduciā et̄. Sc̄do ex hoc x̄cipit affectū glo-  
riatiōis. Ex quo. n. q̄s bona amici sicut sua diligit: c̄ns ē  
vt̄ de bonis amici: sicut de p̄p̄ys gloriē. Et h̄ sp̄aliter  
qm̄ ipse ē cā illoz bonoz: sicut magister ē cā doctrine di-  
scipuli. Et iō dicit. Multa mihi gloriatio p̄ vobis est et̄.  
puer. io. Gloria p̄ris fili⁹ sapiēs. Tertio ex p̄dictis x̄cipit  
affectū cōsolatiōis: qñ ei q̄ letat̄ et̄ gloriat̄ de bonis suis v̄l  
amici h̄z remediū h̄ tristitias. Cōsolatio. n. ē remediū h̄  
tristitias. Nāle at̄ ē q̄ sp̄ delectatio et̄ gaudiū tristicie op-  
pōit. Et h̄z p̄h̄z. Dis delectatio debilitat vel totalr tollit  
tristitiā. Si delectatio sit v̄ria tristicie: totalr absorbet tri-

sticia. si at̄ n̄ sit v̄ria debilitat et̄ dimittit eā. Et ide ē q̄ qñ  
qs ē i tristitia qñ cūq̄ nūciat̄ sibi aliqua leta diminuit  
tristitia. Et iō qz audit leta de corinthiis dicit. Replet⁹  
sum cōsolatiōe: audita. s. correctiōe v̄ra. supra. i. Sic abū-  
dant x̄pi passiōes et̄. phil. z. Si qua cōsolatio et̄. Imple-  
te gaudiū meū et̄. Quarto surgit ex p̄dictis affect⁹ ex-  
perātis gaudiū: s̄. n. ex aligb⁹ delectationib⁹ diminuat̄  
tristitia: nō tñ totalr tollit: nisi gaudiū sit magnū. Quā-  
uis autē apls̄ multas tribulatiōes sustineret: qz tñ mul-  
tū gaudebat de bonis corinthioz: iō nō solū nō absorbe-  
bat tristitia totalr: s̄ et̄ sup̄abundabat gaudio. Et iō di-  
cit. Sup̄abundo gaudio i omni tribulatiōe nostra. i. gau-  
diū meū sup̄at oēm tribulationem q̄ erat i animo meo.  
p̄me thes. z. Que est enim spes nostra aut gaudium et̄.  
Ro. iz. In tribulatione patientes.

¶ Consequēter cū dicit. (Nā cū venissem et̄.) expōit suā  
cōmōtiōnē. Duo at̄ dixerat. s. se accepisse gaudiū et̄ hūil-  
se tribulationē. Primo ḡ manifestat suā tribulationē.  
Sc̄do v̄o suā cōsolatiōnē ibi. (S̄z q̄ cōsolat̄ et̄.) Tribula-  
tiōnē at̄ aggrauat ex duob⁹. s. ex subtractiōe remedy cū  
dicit. (Nā et̄ cū venissem et̄.) q. d. Vere tribulationē h̄eo:  
qz i nullo cōsoloz. ¶ Nā cū venissem macedoniā nullaz  
reges habuit caro n̄ra. h̄ facit mētiōnē d̄ persecutiōe quas  
passus ē i macedōia: qñ liberauit ancillā p̄hytonisiaz: vt̄  
legit̄ act. is. Dicit at̄. nullā requiē h̄uit caro n̄ra: et̄ nō diē  
sp̄s n̄r: qz sancti semp̄ h̄nt pacē sp̄s: cū et̄ i aduersis aīa  
q̄ i corpe patit̄ spe futuri p̄my gescat: q̄q̄ mlta sustineat  
affectui carnis v̄ria. ¶ Ex multiplicitate v̄o tribulatio-  
nū aggrauat cū dicit. Oēm tribulationē passi sum⁹. i. oē-  
gen⁹ tribulatiōis s̄m̄ corp⁹: et̄ h̄z aīam. supra. 4. In oibus  
tribulationē patimur et̄. Jo. io. In mūdo p̄suram et̄.

¶ Et q̄ oēs tribulationē passus fuerit expōit p̄sequēter  
cū dicit. Foris pugne. itus timores. Foris. i. ex meli⁹ p̄m  
pugne p̄secutiōnū: s̄ tñ itus. i. i corde ē timor de malo: ti-  
mēs p̄secutiōez i futuro. Deu. 32. Foris vastabit eos gla-  
di⁹ et̄. ¶ S̄z h̄ puer. 28. Iust⁹ q̄si leo p̄fides absqz terro-  
re erit. R̄sideo. ē sine timore q̄tū ad sp̄s: nō tñ q̄tū ad  
carnē. Vel foris. i. ex ecclesiā pugne illate ab infidelib⁹: s̄  
it⁹ timores: ne. s. illi q̄ itra ecclesiā sunt excidāt a fide: p̄  
p̄secutores. Vel foris. i. manifesto i pugne: q̄bus ipugnā-  
tur a manifestis inimicis. Intus timores: q̄ inuicunt̄ no-  
bis ab illis q̄ dicūt se amicos: et̄ nō sunt: qz vt̄ dicit boeti⁹  
de cōsolatiōe. Nulla pestis efficacior ad nocēdū q̄ fami-  
liaris inimicus. Mat. io. Inimici hoīs domestici eius.

¶ Cōsequēter cū dicit. (S̄z q̄ cōsolat̄ et̄.) pōit māz sive cō-  
solatiōis quā extollit ex duob⁹. s. ex grata p̄ntia Tyti. et̄  
ex cōsolatiōe Tyti ibi. (Nō solū at̄ et̄.) Dicit ḡ. licet h̄ gra-  
uiter afflicti fuerim⁹: s̄z q̄. s. de⁹ cōsolat̄ humiles consolā-  
tus ē et̄. Cui⁹ p̄ntia v̄tpote mihi gratissima ē: et̄ i adiuto-  
riū. supra. i. Qui cōsolat̄ nos i omni tribulatiōe n̄ra. Dicit  
at̄ q̄ cōsolat̄ humiles: qz sup̄bos non cōsolat̄: s̄ eis resistit:  
vt̄ d̄ Jac. 4. et̄. i. Pe. 5. Cōsolat̄ at̄ humiles dādo eis gra-  
tiā q̄ ē cōsolatio sp̄s sancti. Esa. 61. Ut cōsolaret̄ oēs lugen-  
tes et̄. ¶ Nō solū autē et̄. Dic ponit̄ alia mā cōsolatiōis  
apli. s. cōsolatio Tyti. Et mā hui⁹ cōsolatiōis ē duplex. p̄-  
ma emēdatio corinthioz: quā habuerūt i p̄ntia tyti. Se-  
cūda ē deuotio corinthioz: quā oñdit ad tytū ibi. (In cō-  
solatiōe at̄ v̄ra et̄.) Circa p̄mū duo facit. p̄rio pōit cō-  
solatiōez d̄ penitētia corinthioz. Sc̄do expōit qd̄ q̄ dixit ibi.  
(Cōtristati. n. estis et̄.) Circa p̄mū tria facit. p̄rio pōit cō-  
solatiōnē tyti. Sc̄do mām cōsolatiōis ibi. (Referēs no-  
bis et̄.) Tertio effectū cōsolatiōis i mēte apli ibi. (Ita vt̄  
magl̄ gauderē et̄.) Dicit ḡ. Nō solū cōsolat̄ nos de⁹ i aduē-  
tu tyti. s̄ et̄ i cōsolatiōe q̄ ipse tytus cōsolat⁹ ē de vobis et̄  
in vobis. Et huius cōsolatiōis mā est: qz ipse Tytus con-

solatus est referens nobis vrm desiderium rē. Ubi tria ponit laudabilia pp tria reprehensibilia q fuerunt in eis. Suerūt. n. pigri ad bonū: r hoc dicit. (Referens nobis vestz desiderii) de pficiēdo in melius. Itē erāt pni ad malū: r hoc dicit. (Nostrū fletū) s. de peccatis cōmissis. Jere. 6. Luctū vnigeniti fac rē. Itē erāt faciles deceptiōi pseudoz: r hoc dicit. (Vestra emulatiōe contra pseudos habitam p amore mei). Nā ante emulabamini contra me pro eis.

☞ **C**ōsequenter cū dicit. (Ita vt magis rē.) Ponit affectū rēptus ex solatiōe Tyti: q gdes affectus est gaudiū. Unde circa hoc tria facit. Primo ponit rēptū gaudiū. Scōdo ostendit sue estimationis imitationē. Tertio subdit rōnez gaudiū. Dicit q in tñ gaudis sum de his q Tytus retulit mibi: ita vt magis gaudere de hoc q de tribulatiōe mea doluerim. Nā spūalia pferenda sunt tēporalibus. Vel vt magis gaudere d hoc q tristari vos q doluerim olim. Peccauerāt enim faciendo fornicationes r apls increpauerat eos: vt p3 in pma epla. 5. r. 6. Tūc autē incertus erat apls quē euentū deberet habere illa tristitia: bonū. s. an malū. Et iō dubitans penituit: sed videns postmodū q bonū ide puenerat gaudebat: iō dicit. (Quā estis tristati) vos increpādo in pma epistola nō me penitet mō: qz correcti estis: et si olim peniteret: qñ. s. erā incertus vtz tristitia induceret vos ad correctionē vel desperationē: vidēs q epla illa est ad horā vos tristatit nūc gaudeo: qz estis rueri. Et rōnez gaudiū assignat: qz nō gaudeo de hoc: qz tristati estis: sed de effectu. s. de correctiōe: qz. s. tristati estis nō ad desperationē: sed ad penitētiā: sicut medicus nō gaudet de amaritudine: sed de effectu. s. de sanitate. supra. 6. Quasi tristis: semp aut gaudentes. **Lectio. III.**

**T**ristari enim estis fm deum vt in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Que enim fm deū tristitiaz ē penitentiā in salutē stabilē operat: secu-

lit autem tristitia mortem operatur. Ecce. n. hoc ipsum. fm deū cōtristari vos quantam in bis operatur sollicitudinez: sed defensionem: s3 indignationez: sed timorez: s3 desiderium: sed emulationez: sed vindictaz. In omnibus exhibuistis vos incontaminatos esse negocio

☞ **C**ōposita solatiōe apli r Tyti de tristitia corinthioruz eo q fuerit ad penitētiā: r nō ad desperationē: hic consequēter huius solatiōis rō assignatur: eoz tristitiam cōmēdādo. Et circa hoc duo facit. Primo. n. cōmēdat eoz tristitiā. Scōdo ex hoc rcludit ppositū ibi. (Et si scripsi vobis rē.) Cōmēdat autē corinthioz tristitiā ex duobus. Primo ex cā: scōdo ex effectu ibi. (Que eniz tristitia est rē.) Cā autē ex qua cōmēdat eoz tristitiā hec ē: qz ē fm deus. Et iō dicit. Licet ad horā tristaueris vos per epistolā: tñ nunc gaudeo. i. qz tristati estis s3 deū. Ubi sciendū est q tristitia r gaudiuz r cōiter ois affectio ex amore causat. Tristat. n. qz caret eo qd amat. Quasi autē amor talis ē tristitia ex amore causata. Est autē duplex amor. Unus quo diligit deus: r ex hoc causat tristitia: que ē fm deus. Alius est quo amat seculū: r ex h causat tristitia seculi. Amor quo diligit deū facit nos libenter seruire deo: sollicite querere honorē dei: r vacare deo dulciter. Et qz peccādo impedimur a seruitio dei r iō ei nō vacamus: nec eius honorē querim. Jō amor dei causat tristitiā de peccato: r hec ē tristitia fm deū: q gde tristitia nō fuit nobis ad malū nec detrimentū: s3 po-

tius ad fructū r meritū. Et iō dicit. Ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis: qz nō solū bōa r grata q vobis impendimus: vobis profunt: sed et hoc ipsum q vos corrigimus r tristamus. Heb. 12. Ois disciplina in pñti rē. ☞ **C**ōsequēter cū dicit. (Que. n. tristitia rē.) Cōmēdat eoz tristitiā ex effectu q gde ē pmiū vite eterne. Et circa h duo facit. Primo. n. ponit effectū in generali. Scōdo experimētū spūaliter i eis psecutū ibi. (Ecce. n. hoc ipsum rē.) Circa primū duo facit. Primo. n. ponit effectū tristitiae q ē fm deū. Scōdo ponit effectū tristitiae q ē fm mundū ibi. (Seculi autē rē.) Dicit q pmo. Dico q tristitia nostra nō fuit vobis detrimentū. Enim. i. qz tristitia q est s3 deū opat penitētiā: penitētiā autē dico i salutē stabilē. i. sempiternā q ē salus stabilis r ē beatoz: de qua Esa. 49. Salus autē mea in sempiternū erit. Et hāc opat penitentiā. Mat. 3. Agite penitētiā: appropinquabit enim regnū celoꝝ. Et dicit stabilē vt excludat salutē tēporalē: q ē tñsitoria: r cōis ipsis hoibz r iumētis: de qua i ps. Voies r iumēta saluabis dñe rē. ☞ **S**3 h qd dicit q tristitia q ē fm deū penitentiā opat vt cē: qz ipsa tristitia fm deuz ē penitētiā. Penitere. n. ē tristari de malo r fm deū. Nō g opat penitētiā. Rñdeo. dicēdū ē q penitentiā h3 tres partes: quaz pma ps est tristitia. s. dolor r cōpunctio de peccatis. Alie due sunt pfectio r satisfactio. Tū g dicit q tristitia opat penitentiā. Intelligendū ē q pfectio seu dolor de peccato opat in nob penitētiā. i. alias ptes penitentiē. s. pfectionez r satisfactioez. Vel dicendū est q tristitia. fm deuz est cōmuniō qz penitentiā: qz penitentiā est de pprio peccato: s3 tristat qz fm deuz: et de peccatis pprijs: et de alienis. Sic g effectus tristitiae: q ē fm deū ē salus eterna: effectus vō tristitiae: q est fm mundū est mors. Quia enim q diligit seculū inimicus dei constituit: vt dī Jac. 4. Jō ex amore seculi mors causat. Tristat. n. fm seculū qz: nō qz peccās deū offendit: s3 dephēsus in peccato punit de eo r detegit. Et hec tristitia ē vitāda i peccatis. Ecc. 30. Tristitiā longe fac a te rē.

☞ **C**ōsequēter manifestat effectū pdictū p experimētū sumptū in ipsis cū dicit. (Ecce. n. h ipsum rē.) q. d. Vere salutē stabilē: qz experimēto p3 q i nobis multa: q ad salutē ducūt opat. Ponit autē sex ad h pñtētiā: quoz vnū ē gnāle. s. sollicitudo: qñ. n. hō ē i leticia defacili cōmittit aliqs negligētiā: s3 qñ ē trist: et i timore sollicitat: et iō dicit. Ecce enī. s. i vobis expti estis hoc ipsum. s. fm deum tristari vos qz: in vobis opat sollicitudinē ad vitādū mala: et ad faciendū bona. Mich. 6. Indicabo tibi o hō qd sit bonū rē. Et ifra sollicitū rē. Alia vō sunt specialia quoz qdā pñtēt ad effectū interiorē: quedam ad actū exteriorē. Eoz vō q pñtēt ad effectū exteriorē qdā sunt ad peccati remotionē: qdā vō ad boni adeptiōnē. Nā ver<sup>o</sup> penitēs d3 recedere a malo et facere bonū. Quātū autē ad remotionē mali ponit tria. Primum ē vt desistat facere malū: r qstū ad hoc dicit. S3 defensionē: illos q nos ad malū iducūt. i. Pe. 5. Cui resistite fortes in fide. Vel fm glo. vt pseudo me defēdatis. Eph. 6. Accipite armaturā dei rē. Scdm ē q hō indignē se p peccatis q fecit: et qstū ad hoc dicit. S3 indignationē. Indignatio autē sui opat tristitiā. fm deū. Esa. 63. indignatio mea auxiliata ē mibi. Tertiu ē q sit i pñtuo timore de futuro vt caueat: r qstū ad hoc dicit. Sed timorē de recidiuo: ne. s. in futuro silr ptingat. Ecc. 25. Timor dñi oia rē. Quātū autē ad bōi adeptiōnē duo ponit. Primo desiderii quo ad bonū afficit: r qstū ad h dicit. S3 desiderii: q bonū facere affectetis: puer. ii. Desiderii iustoz oē bonū. Scōdo emulationē bonā q bonos imitari conat: r qstū ad h dicit. S3 emulationē. vt. s. me r

## Ad corinthios II.

alios bonos imitemini. p̄me corin. i. 4. Sectamini charitate. emulamini carismata meliora. Eoz vō q̄ ptinet ad exteriorē actū duo ponit. p̄mū ē vt vindicēt in seipsis q̄ peccauerūt: et hoc vtilē ē. Lū enim oē malū necessariū sit puniri vel ab hoīe vel a deo: si hoc nō punit meli⁹ ē q̄ hō malū i se puniat qd fecit: q̄ q̄ deus: qz vt dī Deb. io. Dozendum ē incidere in manus dei rē. Et q̄tum ad hoc dicit. S; vindictā. i. qz peccātes punitis et ēt vosipos. p̄ corint. 9. Castigo corpus meuz rē. Esa. 26. Iusticiā nō fecim⁹ rē. Scōz ē q̄ totalr abstineat a malo. Et iō dīc. In oib⁹ exhibuistis duce. s. fide incōtaminatos eē negotio: scz xp̄iano. supra. 6. In oib⁹ exhibeam⁹ rē. Eph. i. Elegit nos ante mūdī stitutiōē vt essemus sancti. ps. Ambulās i via imaculata rē. Uel negotio: de q̄. s. correcti estis: puta de fauore quē ddistis fornicatori: s; postmoduz puniēdo et dēnādo ipz oñdistis vos i h̄ incōtaminatos eē.

Lectio.

III.



**S**icut et si scripsi vobis nō p̄ eum qui fecit iniuriā: nec propter eū qui passus est: sed ad manifestandā sollicitudinem nostram: quaz habem⁹ pro vobis coram deo. Ideo cōsolati sumus. In consolatione autem nostra abundantius magis gauisi sumus super gaudio titi: quia reffectus ē spiritus eius ab omnibus vobis. Et si quid apud illum de vobis gloriatus suz: nō sum confusus: sed sicut omnia vobis in veritate locuti sumus: ita et gloriatio nostra que fuit ad Tytū veritas facta ē. Et viscera eius abundantius in vobis sunt: reminiscētis omnium vestrum obedientiam: quomodo cum timore et tremore excepistis illum. Gaudeo q̄ in omnibus confido in vobis.

**C**ic assignata rōne q̄re gaudet ap̄tus de ipsoz tristitia sequēter iducit cōclusionē suā: in qua duo facit. p̄mo n. oñdit intentionē suā quā habuit i scribēdo. Scōdo manifestat gaudiū: qd̄ habuit de ipsoz correptione ibi. (Iō solati rē.) Dicit q̄ p̄mo. Ex quo incōtaminati estis: igit apparet q̄ et si scripsi vobis p̄ eplam i crepando: nō scripsi p̄ eū tm̄: q̄ fecit iniuriā icestu maculando cubile patris sui: vt dī p̄me cor. 5. Nec p̄ eū tm̄ q̄ passus ē. s. p̄ patre: q̄ si nō p̄ zeluz vindicte solū: s; h̄ feci ad manifestandā sollicitudinē nostrā: quā p̄ vobis habem⁹. i. vt sciret q̄ solliciti sumus p̄ vobis: et h̄ dico corā deo: vt sit iuramētū. i. deo teste. Uel ad manifestandā corā vobis deo. s. d̄ oibus sollicitudinē nr̄am. Col. 2. Uolo vos scire quā sollicitudinē rē. Uel alr. Nō scripsi tm̄ p̄ eū q̄ fecit iniuriā vt. s. corrigere. Uel p̄ eū q̄ passus ē: vt placare. sed ad manifestandā rē: vt. s. vos q̄ indignati fuistis p̄ contumelia et pena inflicta fornicatori reconciliaremini deo.

**C**ōsequēter cōcludit gaudiū qd̄ habuit d̄ eoz correptionē cū dīc. (Iō et solati sum⁹ rē.) q. d. Quia hoc p̄secut⁹ suz ex eo q̄ scripsi. s. q̄ estis correcti: iō solati sumus. i. solationē accepimus. Gaudium enim hoīs est cū p̄sequit: qd̄ cū desiderio intendit. supra. i. Abundantius autem rē.

**C**ōsequēter cū dicit. (In solatione autē rē.) p̄dit se cū daz cam sue solationis q̄ sumit ex deuotionē quā ostēderūt ad Tytū. Et circa hoc tria facit. p̄mo ponit gaudiū suū de gaudio titi p̄ceptū. Scōdo gaudy rōnem assignat ibi. (Et si qd̄ apud illū rē.) Tertio materiā gaudy Tyti assignat ibi. (Reminiscētis oīum vestr̄ rē.) Dicit

q̄ p̄mo. Gauisi sumus de correptionē v̄ra: autē. i. sed i solationē nostra abundantius magis gauisi sum⁹ q̄ turbati fuimus de tribulationē sup̄ gaudio Tyti. Uel magis gauisi sumus. i. magis gaudiū attulit solationē nostre gaudiū Tyti. et hoc qz reffectus ē sp̄s ei⁹. Tūc. n. reficit animus plati: q̄ subditi ei⁹ sunt obediētes ei: et eū reuerent. p̄bi lem. Refice viscera rē. Rfectus in quaz ab oibus vobis qz oēs vel correcti estis vel est spes correptionis. Rōnem aut huius gaudy assignat q̄tm̄ ad duo. Unū ē ex parte apli: qz. s. ipse inuentus ē verax. Nā aplis cōmēdauerat corinthios Tyto ante q̄ iret ad eos. Quia vero nunc ita inuenit Tytus sicut apls dixit: gaudet aplis v̄ba sua vera fuisse. Et hoc est qd̄ dicit. (Et si qd̄ apud illū de vobis gloriatus sum) cōmēdādo vos. Dicit aut gloriat⁹ suz: qz gloria apli erat bonū illoz. (Nō sū cōfusus.) i. nō erubescō me falsa dixisse. Quā. n. aliq̄ inuenit mendax: confundit. Ecc. 37. Ante oīa sermo verax rē. S; sicut oīa in veritate vobis locutus sum. i. sicut p̄dicauī vobis veritas: ita gloriatio nostra q̄ fuit ad Tytuz de vobis veritas facta est. i. inuenta est vera. Alia ratio est ex parte corinthioz. Nā amici desiderant: vt illi quos diligūt ab oib⁹ diligant. Quia q̄ Tytus diligebat corinthios p̄ eozum deuotionē: iō de hoc aplis gaudebat. Et iō dicit aplis. (Et viscera eius rē.) q. d. Nō solū gaudeo: qz inuēt⁹ suz verax: sed et qz viscera eius: id est viscerosa charitas ei⁹: et nimius amor abūdātius q̄ ante in vobis esset: ex quo vidit p̄fectū vestr̄. Uel abundantius q̄ i alijs. ephe. 6. Induite vos sicut electi dei rē. (Māz aut gaudy manifestat ex duobus. s. ex obediētia et ex reuerētia. Ex obediētia q̄dez cū dicit. (Reminiscētis oīum vestr̄ obediētia) qua obediēter sibi obtēperastis. In q̄ et laudauit vos. i. reg. 15. Melior ē obediētia rē. Ecc. 3. Filij sapiētie ecclesia iustoz. Ex reuerētia aut cū dicit. (Quō in timore.) s. filiali: nō suū cū timore animi: et tremore corporis excepistis eū. Sal. 4. Testimonij. n. vobis rē. Et qz ita habuistis vos ad eū gauisus sū: qz verax inuēt⁹ sū et ipse diligit vos. Un̄ gaudeo q̄ i oib⁹ cōfido de vobis. Nō solū i bōa voluntate: s; et i bōis opib⁹ i futuro: q̄ bñ vos habetis. Deb. 6. Cōfidim⁹ de vob meliora et viciniora salutē.

CAPIT.

VIII.



**Q**uaz aut vobis facimus fratres gratiam dei que data est in ecclesia v̄s macedonie: et q̄ in multo experimento tribulationis abundātia gaudij ipsoz fuit: et altissima paupertas eoz abūdauit in diuitias simplicitatis eozum. Quia fm̄ virtutē testimonium illis reddo et supra virtutez voluntarij fuerūt cum multa exhortatione obsecrātes nos gratiam et cōmunicationez ministerij: qd̄ fit i sanctos. Et non sicut sperauimus: s; semetip̄sos dederunt: p̄mum dño: deinde nobis per voluntatem dei: ita vt rogaremus Titū: vt quē admodum cepit ita et perficiat in vobis etiaz gratiā istā. Sed sicut i oibus abūdatis fide et sermone et scientia et omni sollicitudinē insup et charitate vestra in nos: vt et in hac grā abūdetis. Non quasi imperans dico: s; per alioz sollicitudinez etiam vestre charitatis ingenij bonum comprobans.